

RECTOR  
ACADEMIAE LVDOVICIANAЕ  
LVDOVICVS HENRICVS  
LEO HILCHEN

MEDICINAE DOCTOR ET PROFESSOR ORDINARIVS  
SATRAPIAE GISSENSIS AC ADIACENTIVM ALIQVOT  
PRAEFECTVRARVM PHYSICVS NEC NON  
FACVLTATIS MEDICAE H. A. DECANVS

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO  
*LECTIONES*

TAM PVBLICAS QVAM PRIVATAS  
PER INSTANS SEMESTRE AESTIVVM  
AB OMNIVM FACVLTATVM PROFESSORIBVS  
HABENDAS

INDICIT ET AD EAS SEDVLO AVDIENDAS

*GENEROSOS NOBILISSIMOSQVE*

ACADEMIAE CIVES

PERAMANTER INVITAT.

P. P. DIE. III. APRILIS c1810ccclii.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.



G I S S A E,  
TYPIS IOANNIS IACOBI BRAVN, ACAD. TYPOGR.



*In Facultate Theologica.*

**D. REINH. HENR. ROLLIUS,**

*Facult. Theol. Senior.*

Feliciter absoluta, quam publicis lectionibus tradidit, *historia Ecclesiae recentiori*, hoc ipso, quod nunc bono cum Deo ingredimur, semestri, hora VIII. in *Augustanam Confessionem eiusque Apologiam* Commentarii secum constituit, ea quidem lege, ut, tradita primum utriusque historia, cognitu perquam necessaria, Theologiae cultoribus, singulorum articulorum analysin atque exegetin propinet, dubiaque passim occurrentia, ne fraudi sint Candidatis, examen pro munere quodam sacro in posterum ingressuris; ea, qua fieri potest, dexteritate resolvat. Privatim hora III. lectiones polemicas in *Syllogen controversiarum Fechtianam* continuabit, illisque exercitium disputatorium adiunget. Hora vero IV. *Theologiam positivam* ductu *Baieri* de novo praeleger, dogmata

mata sacra, ubique inspersa eorundem historia, perspicue explicaturus, quove pacto cuncta ad praxin pietatis dirigenda sint, commonstraturus.

## D. IO. HERM. BENNER,

*h. a. Decanus.*

**P**ublicis laboribus epistolam ad Romanos absoluimus. Nunc *theologiam naturalem* ordiemur, ita vt consensus eius cum sacris litteris vbique ostendatur, & exegesi continua locus detur. *Priuatim*, in ordine *dogmatum*, a capite de CHRI-  
STO, initium facturi, totam partem reliquam adiciemus. *Haeresin* porro *Socinianam*, pestilentibus recentiorum scriptis resuscitatam, aggrediemur, ita vt pars historiae ecclesiasticae huc pertinens, eadem opera clarescat. Sub finem hebdomadae cuiuslibet, exercitationes disputatorias instituere, **inuabit.**

*In Facultate Iuridica.*

**D. FRANCISCVS IVSTVS  
KORTHOLT,**

*Prof. Iur. Ord. & Acad. Syndicus.*

**P**ublice collegium examinatorium & disputatorium instaurabit. *Priuatim* pandectas duce BOEHMERO, ius publicum praeunte SCHMAVSSIO, & ius Germanicum priuatum ad ductum PVTTERI explicabit.

D.

# D. GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN,

*Ordinis Ictov. h. t. Decanus.*

Forensibus laboribus licet mirifice occupatus, non tamen deerit officio suo, sed hoc semestri tum in *ius ecclesiasticum*, duce WERNHERO, tum in *ius feudale*, auctore STRVVIO, sedulo diligenterque commentabitur, nec illis denegabit operam suam, qui disputando vires ingenii sui exercere peroptant.

# D. IO. ERNEST. HOEPEFNER,

*Prof. Iur. Ordinarius.*

Publice *ius Criminale* duce Illustri SAM. BOEHMERO docebit: *privatim* B. HEINECCII institutiones *Iuris Ciuilis* propediem absoluet, simul tamen de nouo earundem explicationem redauspicabitur, & BOEHMERI *Ius Digestorum* explanabit, nec non Collegium, vti vocant, re-latorium in gratiam *procuratorum* aperiet.

# D. CHRISTOPH. LVDOVIC. KOCH,

*Consiliar. Regim. Hass. & Iur. Prof. ord.*

Publice *Digest. Lib. XLVII. & XLVIII. qui de Criminibus & delictis agunt* &, teste Imp. Iustiniano in *L. 2. §. 8. C. de vet. iur. enuel.* omnem continent feueritatem poenarum-que atrocitatem, Commentariis suis illustrabit. *Privatim Iuris Germanici tradita* secundum ordinem *Compendii Engauiami* exponet, vel in *BLVMII Processum Camerae Inp.* praelectio-nes instituet.

*In Facultate Medica.*

LVDOVICVS HENRICVS  
LEO HILCHEN

*Med. D. & P. P. O.*

**M**ateriae medicae hucusque illustratae residuas classes expedit & Semiologiam docebit. In lectionibus practi-  
cis sedulo perget, nec alia desiderantibus defuturus.

D. GERARDVS ANDREAS  
MILLER,

**I**n Praelectionibus publicis hoc semestri Operationes chirurgicas ad ductum HEISTERI exponet, artemque etiam herbariam docebit. Priuatim autem, Bono cum Deo, Historiam Medicinae, criticam nempe, recensere perget; neque in aliis Medicinae partibus explicandis carissimorum nummi committendum acceperit.

*In Facultate Philosophica.*

IOH. LVDOV. ALEFELD,

*Philos. naturalis Prof. ordin. & alumnor.*

*Ephorus.*

**P**ublice, more & instituto suo, *Physicam dogmaticam*; priuatim vero, rogatu quorundam, *historiam philosophicam* ite-

iterum docebit, & *disputandi* exercitium porro strenue vr-  
gebit. Denique nec iis, qui *experimentalis philosophiae* deli-  
cias amant, operam suam denegabit.

## ERNESTVS THOM,

*Prof. moral. atque iuris nat. & gent.*

Publice *Institutiones philosophiae moralis Baumeisteri*, vel si  
placet, *I. H. Winkleri* illustrabit. Priuatim *B. de Wolff*  
*Institutiones iuris naturae & gentium* hora IX. exponere insti-  
tuet; & quae praeterea ab ipso desiderari possunt, priua-  
tissime aut publice tradet.

## ANDREAS BOEHM,

*Log. Metaph. & Mathes. P. P. O. h. t. Decanus.*

Publice *Opticam, Dioptricam & Catoptricam* interpretabitur.  
Priuatim H. VII. matutina *Metaphysicam*, H. VIII. *Lo-  
gicam*, H. II. pomeridiana *Mathesin puram* docebit, nec quic-  
quam intermittere, quo auditorum commodis se inferuire  
posse intellexerit.

## HENRICVS CHRISTOPH. NEBEL,

*utr. eloq. P. P. O.*

Artem oratoriam & stili latini fundamenta, libro VII. seq.  
Aeneidos illustranda, proponet. Quae praeter haec  
audirores desiderabunt, omni studio, qua consuevit ratione,  
perficiet.

# D. CHRISTOPH. LVDOVIC. KOCH,

*Histor. Prof. ord. & Bibl. Acad. Praefectus.*

Lectioibus priuatis *Historiam Imperii Rom. Germ.* auctore  
Cel. SCHMAVSSIO tradet. In reliquis pro Auditorum  
desiderio se geret.

# PHILIPPVS NIC. WOLF,

*Prof. LL. OO. ordin.*

Publice collegium cursorium continuabit per hoc semestre  
spatium *Leuiticum & Numeros.* ita expositurus, vt loca  
obscuriora & difficiliora illustret. *Privatim* Matthaeum ex-  
plicabit: Linguam Ebraeam, Chaldaicam, Syriacam, duce  
DANZIO, Arabicam, si qui illam discere cupiunt, prae-  
eunte CELLARIO, doctrinam accentuatoriam, ad ductum  
WEIMARI, docebit.

Praeter ista, Generosissimis quoque Nobilissimisque Ciui-  
bus de *luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandique pa-*  
*laestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis,* per magistros  
earum peritissimos, publice constitutos, abunde  
prospectum est.

